

G.K.
432,
49

(X/1880462)

II R
3808

DISSERTATIONEM HISTORICAM
De
RITU
FLAGELLANDI

apud
ROMANOS

adjuvante DEO
in celeberrimâ Leucoreâ
ventilandam eruditis exhibent

PRÆSES
M. JOHANN. JACOBUS SEYPPELIUS
NORIBERGENSIS

ET
RESPONDENS
JACOBUS KJXGHSS
STRALSUNDIO-POMERANUS

In Auditorio Collegii Veteris
ad d. XII. CAL. APRIL.

A. N. C. M DC. LXVIII.
Horis pomeridianis.

WITTENBERGÆ

In Officinâ FINCELIANA excudebat MICHAEL METER.



1005

DSSERTATIONEM HISTORICAM

ET

FRAGM. AMBI

DE

ROMANOS

IN

IN

IN

M. JONATHAN JACOBUS STREPPHUS

FORIBERGENSIS

RESPONDIT

JACOBUS STREPPHUS

STREPPHUS

IN

IN

A. N. C. 1771

IN

IN

IN

IN

IN





1006.

B. J. F. A.

HActenus Judæorum mores in flagellando dedimus considerandos. Ordinis nunc instituti exposcit ratio, ut post primam secundam ingrediamur classem, quam voce gentilium sumus complexi, omnes in genere subintelligendo gentes, quæ Deorum simulacra extra ac præter omnem Scripturæ revelationem more idololatræ coluerunt coluntq;. Hos inter præ cæteris, quantumvis plurimis, in institutis eminuorunt olim, si scriptores præsertim percurramus, primum Græci, post Romani, his ab illis non pauca in Rempublicam suam transferentibus: quod vel ex solâ duodecim tabularum Lege sat patescit. Vid. Liv. Histor. Rom. Joh. Cluver. Epitom. Histor. Andr. Dom. Floccum Florentin. falsò L. Fenestellam vocatum. Adde Lips. de Legg. Decemviralibus, quando scriptæ. His omninò accensendus venit Philologus accuratissimus Dn. Christoph. ARNOLDUS, Præceptor meus ac Fantor honoratissimus, in Syntagmatibus sed MSS. Αρχαϊονομίας, seu de priscis Atheniensium legibus, ubi consonantiam rituum Græcorum ac Romanorum elegantissimè hinc inde demonstrat. Nostrum quod attinet propositum, apud duos hosce populos potissimum flagellandi hic, in historiis ritè descriptus, emicat ritus: quamquam si ambos iterum conferamus inter seipos, longè plura notatu inveniuntur digna, quatenus sub Romanis, quàm quatenus sub Græcis viguerat flagellatio. Mihi sanè scrutanti perscrutari paucissima contigit de hujusmodi Græcorum moribus: quæ tamen ipsa sparsim conquesta occasione, si vult DEUS, alià unà cum aliis afferam. Hæc vice allubescit subsistere in unicâ Romanâ consuetudine, quam Græca hic præferimus, alioquin haud ignorantes, anteferendos esse Romanis Græcos eo quoq; nomine, quòd horum imperium longis temporum decempedis regni ac Reip. Romanæ præcesserit primordia; testantibus id variis variorum Chronologorum ac Historicorum libris. Athenas enim, regnante Servio Tullio, Regum Romanorum sexto, jam supra septingentos stetisse annos, ex Ciceronis Bruto refert Sleidanus l. I. de 4. summis Imperiis ex editione ac cum continuatione Viri in his studiis consummatissimi DN. D. STRAUCHII, Patroni mei maximi, p. 59. Add. annotat. Francisci Schapern in libell. Sleidan. edit. vet. Vid. celeberr. Rupert. observat. in Synops. Besold. Confer etiam adjectas Tab. Chronolog. ab Anno M. 2100. usq; ad A. 3200. ubi Attici regni & Spartanorū urbis initia invenies. Cæterum ad tractandā prius flagellationem Romanam nos imprimis etiā præsens incitavit tempestas, quippe intra quā omnium convenientissimè de ineffabili Dominicâ passione, quæ quantum piâ recordatione possumus, loqui solemus, debemus certè. Atq; eò quidem referendas esse plagas flagrorum, quibus in innocentissimum JESUM Romani crudelissimè sævierant, quis est verorum Christianorum, qui ferè dubitet, nedum planè nesciat? Verùm sine ulteriori transitione ad rem potiùs ipsam B. C. D. transeamus.

Gentiles quam

1.3. c. 31. seqq.
p. 113. ed. Gr.
l. 7. edit.
veter. p. 53.
l. 2. de potest.
at. Rom. c. 14.
Tom. I. oper.
edit. Lugd.
p. 228.

p. m. 126. &
seqq. aliquot,
p. 100.

1007

I. Romanis non insolitam fuisse castigationem sive caesionē flagrorum, ex Legibus, Historicis, Comicis, & unde non? sat abunde constat. Sanè ne à Sacris quidem Scriptoribus res hæc est intacta relicta: quæ igitur à secularibus omninò esset prætermissa? Mittamus jam scriptorum sigillatim quævis adducere nomina locaq; cum primis quia haud pauca in hac ipsâ nostrâ Dissertatione passim posthac sumus adducturi. En Leges, ex Callistmo ac Macro collectas, quæ mentionem flagellationis faciunt. Sed sufficiat has breviter indicasse. Reliquarum totam messem ii metant, penes quos potior est potestas in illas suam immittendi falcem: Nobis modò licitum esto, aristas unam alteramve, prout materia requisiverit conditio, carptim inde excerpere.

Vid. l. 7. & 10. ff. de Pœn.,

II. Nimirum inter pœnas à legibus legumq; latoribus refertur flagellatio. Sed cum duabus potissimum de causis à Romanis non minus, quàm cæteris gentibus, pœna delinquentibus imponerentur; vel in ipsorum delinquentium emendationem, Latinis eleganter admonitionem dictam; vel in animadversionem, superstitum ergò ac loco exempli maximè adhibitam: (Vid. de hac distinctione libell. DIERCKII de antiquit. Rom. veter. nov. cui adjecti varii ritus ex Petro Saint-Fleur) hinc ob ambas rationes videntur sæpe homines pœnæ flagrorum fuisse expositi. Romani enim vel leviter peccantes virgis seu flagellis cædere solebant. ALEXAND. ab ALEX. Quamquam respectu eo, quòd non rarò ad necem usq; rei verberarentur, magis animadversionis pœna hæc nominanda veniat: quicquid sit de appellatione Columella, flagellationem flagrorum admonitionem vocantis.

p. 101.

l. 3. genial. dic. c. 5. p. 187.

III. Verùm quo tempore flagellatio exerceri cœperit apud Romanos, non adeò liquet; nec fortassis quisquam hujus natales certò ac exactè ex autoribus eliciet, licet diligens rituum sit fueritq; indagator. Equidè si hinc quicquam conjecturis tribuendum, attribuim⁹ talem huic pœnæ originem, ut illam sub Tullo Hostilio, tertio Romanorum Rege, innotuisse primùm dicamus, quippe cujus mandato Merium Suffetium proditorem cæsum virgis, ac propemodum laceratum fuisse, ex Dionysio Halicarnass. constat. Add. ap. Liv. l. 1. hist. Rom. c. 26. actionem ac orationem Horatii. Nihilominus tamen flagellationem propriissimè dictam tum magis per Decemviros usvenisse statuimus, postquam è Graciâ à Romanis essent allata Solonis lancira. & Ro

quòd m notint

l. 3. antiq. Rom. edit. Port. p. 238.

& Romæ *Leges duodecim tabularum* promulgatæ. Quid? quòd forsitan hæc Romanorum pœna aliquem inde si non *ingressum*, *progressum* saltem, sumserit, posteaquam pœnam hanc à *Judæis* jamdum usurpari, ii vel ex aliis *inaudierint*, vel ipsi sæpius exerceri *viderint*, tùm præsertim, cùm paulatim magis atq; magis *Judæi* eorumq; *ditiones* in *Romanam* traherentur potestatem.

IV. Sed quid opus in tam *incertâ* re multam facere *conjecturam*? Undecunq; enim *primam* originem Romana habuerit flagellatio, eam tamen tantopere non juvat nôsse, quantopere conducit indagare, quòd ex historiarum libris *certius est*, & pro certo ibi ponitur. *Flagra* fuisse in pœnam, aut *castigationem*, præcipuè illata, non est cur dubitemus. Dubium namq; nobis omne tollet *objecti*, seu *subjecti* patientis, *primarii* consideratio accuratior, quam jam ingredimur. Etenim *servile* in primis hoc erat *supplicium*, quòd vilissimis etiam & abjectissimis irrogari *mancipiis* solebat. Confer *Leges*, quas allegat *J. C. Georg. Ch. W. ALTHERUS* in *Postill. Harmonic. Theologo Jurid. Politico-Philolog. Add. CLASEN Exercitat. sacr. ad Pass. Dom. l. 2. c. 19. §. 1. p. 237.* Nomen certè *flagrionum*, à *Wopisco* usurpatum, *servis* tam erat *proprium*, quam *proprium* maxime, dum *nominabantur* ita, quòd *flagris* essent *subjecti*, iisq; toties, quoties delinquerent, *digni* fierent.

V. Apud *PLAUTUM* servus describitur *subiculum flagri*; quòd idem est, ac *assiduè flagro subjectus*; vel, ut *GRUTERUS* vult, quòd *flagrum* eum *subigat*; quanquam alii cum *MEURSI* malint legere *flagri sudiculum*; quòd quidem *antiquis* erat *flagelli* genus, vapulantes *sudantes* faciens. *Sudor* autem ille non alius, nisi *sanguis* fuisse videtur. Hinc facetè *Comicus* servum *subiculum* vocaverit *flagri*, tanquam ipse *flagellaret*, non *flagellaretur*. Apud eundem *Leontida Libanum*, servum servus ita salutatur: *Salveto, Gymnasium flagri*; h. e. in quo flagello verbera exercentur. Apud *TERENTIUM* senex *Demea* servum *Syrum* nominat *mastigiam*: quæ vox, ut est origine *Græca*, ita *Latinis* significat *mancipium*, quòd aut *flagris* ceditur, aut iisdem *dignum* censetur.

VI. Omnes scilicet per omnia in eo conspirant, ut pro *servorum* veluti *proprio* flagra habuerint ac habeant, non tantùm quoad *nomen*, sed *rem* etiam ipsam. Unde meritò huc revocari potest vetus illud: *Conveniunt rebus nomina sepe suis.* Jam verò *triplices* præci-

part. 1. ad Evangel. Dominic. Quinquages. p. 216.

Walther. l. c.

Perf. act. 30

sc. 3. v. 14.

Adde comment.

Poëtæ summi Fr.

Taubmanni

p. 1145.

Afin. Act. 2.

Sc. 2. v. 31. p.

117. Conf. Au-

lul. Act. 3. sc.

1. v. 5. p. 199.

Adelph. act.

V. sc. 2. v. 7.

Vid. Rein.

Neubusium,

in Elect. Te-

rent. p. 80.

Servi
supra

De hac di-
stinct. vid.
Barth. An-
glic. l. 6. de
Proprietat.
rerum c. 16.
Instit. de Jur.
Person §. 5.

Tholosan.
Synt. Jur. l. 31.
c. II. § 16. p.
240.

Annotat. in
Alex. ab A-
lex. genial.
dier. l. 3. c. 20.
p. 386.
Orat. pro
Rabir. Conf.
Rosin. anti-
qvit. Rom. l.
8. c. 2. p. 641.
edit. Lutet.
Vid. Legg.
Romanæ in
Lex Jurid.
Calvini edit.
Genev. p.
1006.
Alii volunt:
anno urbis
453. alii 454.
alii rursus
aliter.

puè fuerunt apud Romanos *servi*: quidam *originarii* ac *vernaculi*, qui, in *servitute nati*, per se multis legalibus *pœnis* subiacebant; alii *emptitii*, qui ab hostibus *capti* vel *empti*, jugo *servitutis* opprimebantur; reliqui *conductitii*, qui ob propriam *spem lucri* *serviebant* aliis. Sed uti in eorum *conditione* aliàs *nulla* datur *differentia*; ita nec *hic* aliqua data fuisse videtur; ut *omnes* adeò *servi*, tum qui *nascebantur* tales, tum qui *fiiebant*, omnes, inquam, quandocunq; contra *dominorum* fecerant *mandata*, *flagris* fuerint *excepti*. Hinc & *flagra*, *lora*, *flagella*, *servilia* vocantur *verbera*, quippe quibus *servi* uni-
cè fermè affligebantur. Ita *Horatii* commentator, *ACRON*, *lora* ac *virgas* propriam *servorum pœnam* fuisse ac mansisse asserit. *Loris* prætereà ac *corrigiis coriaceis* plerunq; *captivi* verberabantur *servi*, ut *conditionis* suæ reminiscerentur, nempe quòd *capti loris vincti* fuissent. *Vile* igitur & *servile* ducebatur ac dicebatur, *loris* affici.

VII. Non quidem planè negamus, *Romanos* itidem *cives*, eorumq; *liberos* ac *libertos*, per *intervallum* aliquod temporis *flagellis*, ubi meruissent, fuisse *cæsos*: siquidem in eos ipsos *primò* *verberibus* esse *animadversum*, rectè colligitur ex *Porciâ Lege*, cujus *lactor Porcius* quidam *Tribunus plebis*; sed quòd *Cato* ille *Censorius*, negat *TIRAQUELLUS*. Lex igitur hæc in *gratiam* demum *civium Romanorum* data, ab horum *corporibus flagella* non minùs, quàm *virgas*, removebat. Meminit ejusdem *verbis expressis Cicero*: at eorum jamdum in *præcedentis Dissertationis* Th. IV. meminimus. Nunc adjungimus *Scriptorem historiae Romanae Principem* T. LIVIUM l. 10. *hist. ab urbe condit. prim. decad. edit. Grut. p. 365. Porcia Lex* (scribit ille) *sola pro tergo civium lata videtur; quod gravi pœnâ, (exilii videlicet, aut confiscationis) si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit* M. Valerius *Cos.* Ex quo apparet clarè, ab illo usq; tempore, quod in *annū quadringentesimum cum dimidio V. C.* præter propter incidit, *nulli* amplius, ne *Magistratui* quidem, *jus* concessisse, ut *Romanorum civium* quispiam, in *primis* absq; *cognitione* *causæ*, *flagellis* vel *virgis* posthac caderetur. Vid. CORNEL. à LAPID. *comment. in Act. Apost. c. XVI v. 22. seqq.*

VIII. Hoc ipso *jure suo* fretus *APOSTOLUS*, cum *jamjam* in *periculo flagellorum* versaretur: *An hominem*, exclamat, *Romanum & indemnatum licet vobis pasci, flagellare?* Quà *auditâ civis Roma-*
ni

in voce, Centurio Tribunum adiit extemplò, qui ipse metuit, postquam rescisceret Paulum Romanum esse, quem antè imperaverit lo-
 vis vinciri, & μάστιγι ἀντιλάξασθαι, flagris examinari. Examinaturi
 itaq; protinus abhinc discedere iussi sunt; iussuiq; obédientes discesse-
 runt. Idem Apostolus, postquam unà cum comite suo Sila Philippi
 mandato Magistratùs virgis caderetur, & post multas imposi-
 tas plagas custodi carceris nocte mediâ diceret: Casos nos publicè, in
 dictâ causâ, quum simus Romani, coniecerunt in carcerem; metum in-
 de magnum urbis Magistratui incussit. Audientes enim, quòd, quos
 verberassent, Romani essent, venerunt, & deprecati sunt hos, & edu-
 ctos è carcere rogârunt, ut è civitate egrederentur. Quadrat etiam
 huc haud inconcinnè, quod apud Comicum legitur. Nam cum præ-
 riâ Æschinus adolescens in lenonem Sanionem inveheretur hoc mo-
 do: Si molestus pergis esse, jam intrò arripere, atq; ibi usq; ad necem o-
 periere loris; respondet per interrogationem alter: Loris liber? subinnu-
 ens nempe, loris atq; flagellis liberum hominem non esse profsequen-
 dum.

Act. XXII. v. 24. 25. feqq.
 Add. Ph. Ca. rol Anriq.
 Rom. l. 2. c. 2. p. 47.
 Act. XVI. v. 22. 23. 37. 38. 39.
 Terent. Adelph. act. 2. sc. I. v. 27. 28.
 Rein. Neuhuf. Elect. Ter. p. 82.
 Vid. Lips. l. 2. de Cruc. c. 3. p. 60. edit. Brunsvic.

IX. Exclusis ita semel à virgis Romanis civibus, semper postea eos, quos pro servis lontibus Romani habuerunt, manebant flagella de jure, eòq; dupliciter, tum publicè, tum privatim. Privata hac servorum flagellatio Domino competeat cuilibet. Etenim quantâ egerint severitate, imò quantâ crudelitate severint, in servorù suorum non bona solùm, sed & corpora, scriptores historia Romana sat attestantur. Ast lege Petroniâ, quam latam fuisse A. V. C. DCCCXIII. ex HOTOMANNO ARNISAËUS refert, Dominis facultas est adempta arbitrio suo servos ad depugnandas bestias tradendi. Nihilominus tamen eâ ipsâ remissio tantummodò secundùm quid fiebat, non simpliciter.

de Republicâ p. 212.
 Calv. Lexic. Jurid. p. 701 ed. Gen.

X. Scilicet consulebatur servili servorum fortunæ ita quidem, ut ab illorum tergis vis omnis amoveretur privata, sed usq; ad virgas & lora. Hinc L. unic. C. de Emend. serv. non prohibetur, sed tanquam licitum adhuc supponitur à CONSTANTINO Imp. virgis aut loris à Domino servum affligi posse; modò ne immoderatè Dominus jure suo utendo, eodem abutatur. Ubi BALDUS: Dominus, ait, servum potest castigare, sed non dolo malo occidere. Sic A. GELLIUS narrat de PLUTARCHO, quòd servo suo, nequam homini & contumaci, tunicam

Arnif, ibid.
 l. 1. noct. Attic. c. 16.
 edit. H. Steph. de p. 40.

in Pers. act. 3.
sc. 1. v. 32. 34.
35. p. 1141.

Captiv. act.
3. sc. 4. v. 117.
125. p. 274.

de trahi ob nescio quod delictum, cædîq; eum loro jufferit. Hinc eleganter *Virgo* ap. *PLAUTUM*: *Hæc si minatus est malum servo suo, ubi captum est flagrum, dum tunicas ponit, quantâ afficitur miseriam!* Similiter captivus *Tyndarus*: *Væ, quæritur, illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo.* Adhæc *Hegio* herus: *Colaphe, clamat, Cordatio, Corax, ite isthinc atq; efferte lora.* *Lorarii* nimirum ii dicebantur servi, qui *Domini* jussu, *conservum* suum vinciebant, cædebantq; *loris*. Sed hæc de castigatione servorum privatâ dixisse sufficiant.

XI. Jam publicam flagellationis pœnam accuratiùs ponderabimus, quam Romani *servis*, aliisq; *non Romanis*, si quos quorundam criminum reos in *judicio* deprehendissent, ut plurimum imposuerunt. Ubi pervenimus primò ad *Judices*, qui *jure* gaudebant eo, ut possent ac deberent suam de verè re *flagellandis* sententiâ publicè pronuntiare. Tales verò erant *Magistratum* Romanorû *diverse* species; quippe *diversis temporibus* nunc hæc, nunc illâ, nunc aliâ, nunc nullâ, potestate pollentes. Ab ipsis ergò *Regibus* ac *Imperatoribus*, tanquam *supremis* *judicibus*, *jus flagellandi* obtinuit *Prefectus urbi*, quippe penes quem, *Rege* vel *Imperatore* absentibus, *summa rerum Romæ* relinqvebatur, adeò ut, cum imperium Romanum propagaretur, totius *Italiæ jurisdictionis* ad *Prefectum urbi* sit delata. Omnia ergò crimina, quæ non tantum *intra urbem*, sed & *per totam* admittebantur *Italiam*, ut *Epistolâ Divi SEVERI ad Fabium Cilonem* cautum est, *Prefectura urbis* sibi vendicabat. Cum (sic *Imperator* literas inchoat) *urbem nostram fidei tuæ commiserimus* &c. Et post aliqua pergit: *Audiet servos*. Item: *Si quis servum suum in uxorem suam adulterium commisisse asserat, apud Prefectum urbi erit audiendus.* Vid. *Dom. Flocc. Florent.* qui ibidem ex professo agit de *urbi Prefecti* officio. *ULPIANUS* sanè, *ultimis* in primis *temporibus*, *procuratori Prefecturae urbis* has inter alias tribuit partes, ut *servorû de Dominis querelas*, vicissimq; *horû in illos criminationes*, audiret; asserente *HOTOMANNO*: ceu eum adducit *Joh. CALVINUS* in *Lex. Juridic.* qui notatu digna *plurima* de hoc officio congeffit.

XII. Præter hunc *Prefectum*, *Consulibus*, *Censoribus*, *Dictatoribus*, ac *Decemviris* in *litibus* *judicandis*, licuisse, si non eodem, *diversis* saltem *temporibus* reos etiam, *servos* præcipuè, *flagrorum* condemnare, non est cur ambigamus; præprimis quia nihil ab *historicâ* fide

L. 1. in pr. ff.
de offic. præf.
urb.

L. 2. de potest.
Romanorum
cap. 6. integr.

P. 728.

fide alieni nos dicere existimamus, *singulorum* modò *potestatem* quivis per se respexerit. *Maximam* autem *jus* dicendi facultatem, temporis successu, inter urbanos *urbanum* impetrâsse *Pratorem*, ob differentiam postea *Præfectum urbi* dictum, jam antè declaravimus. Quis ergò flagris adjudicandi *potestatem* competiisse *eidem* ibi denegatum? *Pratorem* hunc, postquam *plurimæ* sub *ditionem* Romanam rediissent *provincia*, plures sequebantur *Pratores* alii, quib; ob id, quòd *rebus* præessent provincialibus, *Provinciales* dicebantur, alio nomine *Præsides* vocati, *majus* in *provinciis* habentes imperium *omnibus* post *Principem*. Hosce tantà polluisse *ἐξουσία*, ut *flagellari* reos quoque juberent, vel unicum *Pontii Pilati* comprobatur exemplum, *Præsidis* hujuscemodi personam munusque in terrâ *Judaicâ* sustinentis, ac suo mandato *CHRISTUM* innocentissimum *flagellis* subjicientis. Quâ de re, post pauca, plura dicemus.

XIII. Erant præterea *Triumviri capitales*, qui eum in finem præcipuè constituti, ut *custodiam* haberent *carceris*. Hi nequaquam queunt excludi ab hac *flagra* exercendi *potestate*: Cum enim *animadverti* oporteret, eorum id *interventu* fieri debebat. In primis verò illi de *vilibus* & *abjecta* tantùm conditionis *hominibus*, utpote de *furibus* & *nequam servis*, jus dixerunt. Vid. *Henr. BEBEL*, de *Magistr. & Sacerdot Rom.* Conf. *POMPONIUM*. Adde *LIPSIUM*. *Evolve & Juridic. Lexic.* *CALVINI* p. 920. Audiamus hâc vice *PLAUTUM*, apud quem noctu obambulans *Sofia*: *Quid*, ait, *faciam nunc*, si *TRES VIRI* me in *carcerem* compegerint? *Inde cras* è *promptuariâ cellâ* depromar ad *flagrum*: *Nec causam* liceat *dicere* mihi, *neq;* in *hero* quicquam *auxilio* fiet. *Nec quisquam* sit, quin me *omnes* esse *dignum* deputent: *ita quasi* *incudem* me miserum *homines octo* *validi* cedant.

XIV. Ex quo ipso loco pariter elucet, *octo* fuisse *lictores*, seu *questionarios*, qui jussa *Triumvirorum* horum *flagris* in *damnatis* exequiebantur. Hinc & ab eodem *PLAUTO* *octo* *valentes*, *astuti*, *audaces viri*, *virgatores* memorantur; item *octo* *validi* *lictores*. Quorum igitur *operâ* *servis* aliisque *reis* *potissimum* infligebantur *flagra*, si fuerunt *lictores*, etsi non semper *tot*, *quot* ad id peragendum à *Triumviris* constituebantur. Dicebantur tamè omnes hi *publici* *servi* in genere *lictores*, voce à *ligando* desumptâ, quòd, quem *Consules* *prehendi* *ligari*que jussissent, præstò essent *iidem* ad *parendum* ac *prehendendum*. *Flocc.* Etenim *Magistratui* *Romano* à *lictoribus* *falces* *præferiebantur*.

B

ex

1012
p. m. 309.
L. 2. ff. de orig.
Juris.
l. 2. de Cruc.
c. 3. p. m. 62.
Amphitr. act.
l. sc. 1. v. 3.
seqq. not.
Taubm. in
eund.
p. 18. seqq.
25. 26.
Afin. Act. 3.
sc. 2, v. 18. 19.
28. 29, p. 136.
de potest.
Rom. l. 2. c. 7.
p. m. 193.

Ph. Carol. An-
riq. Rom. l. 2.
1. 11. p. 64.
Idem Carol. l.
2. c. 8. p. 50.
Add. ejusd.
animadvers.
in Agell. l. 1. c.
13. p. 83.
l. 2. c. 19. §. 4.
p. 139.

Act. XXII.
v. 25.
l. X. noct. Att.
c. 3. p. 229.
Dialogism. 3.
l. 2. de Cruc.
c. 4.
antiq. Rom. l.
2. c. 3. p. 408.

not. ad l. 2.
de Poen. &
l. 2. C. de
Exactor. Tri-
butor. l. 40.
C. de Decur.

part. 2. Harm.
Evangel. c.
194. p. 1904.

ex quibus hi ocyus *virgas* betulæ arboris expedire, & *reos*, jubenti-
bus iis, quibus subserviebant, *percutere* poterant. Unde & pronun-
ciatâ quâlibet sententiâ, ac adjunctâ *judicis* voce: *Illictor, deliga ad pa-*
lum; licitoribus incumbibat reum *nudare, spoliare, virgasq; & flagra*
expedire.

XV. Nimirum antè, quàm verberarentur miseri, iis *vestes exue-*
bantur ac detrabebantur à licitoribus; quin imò interdum *Judeorum*
more *discindebantur*. Exempla talium *nudatorum* collegit CLASEN in
Exercit. sacr. qui ipse evolvi potest. Adde *Act. XVI. v. 22.* ubi &
Pauli ac Silæ vestes antè, quàm *virgis* cædebantur, scissæ sunt. *Vestimen-*
ta Muciano detracta priùs, quàm CRASSI jussu *virgis* multùm cæderetur,
Agellius refert l. 1. noct. Att. c. 13. p. 25. *Quousq;* tamen *nudata* fuerint
corpora, non *expressum* in historiis extat. *Credibile* est, homines istos
maximam partem fuisse *denudatos*. *Funibus* prætereà flagri candida-
tos ad *palos* aut *columnas* alligabant: quod ipsum clarè ex *Apostolò*
historiâ deducitur, ubi *Tribunus PAULUM προέτεινε τοῖς ἰμᾶσιν, ad-*
strinxit loris; nec non ex AGELLIO, à quo, verbis *Gracchi, palus desti-*
tutus fuisse in foro ad cædendum *Marium* refertur: referente confir-
mationis loco *locæ hæc duo Ph. CAROLO in Gustu Philol. Sacr. De liga-*
tione flagellandorum ad *columnam* agit idem LIPSIVS. *Delicta ser-*
vorum ad *columnam Mæniam*, jussu *Triumvirorum*, flagris fuisse à
licitoribus octo punita, perhibet Cl. KIPPING.

XVI. Quòd si ipsa adspiciamus *organa*, quibus declarati rei *cæ-*
debantur, varias flagellorum species fuisse deprehendimus. *Aliæ*
enim erant *lenes*, velut *frondium, virgarum, ac ferularum*; *aliæ* folis
loris corrigiisq; coriaceis constiterunt; *aliæ* etiam *aculeis, funiculis*
aliæ. Interdum *plumbei nodi ac scorpiones* flagellis addebantur.
Atq; hinc in *Jure* commemorantur *verbera* ac *ictus plumbatarum*; &
quamvis quidam legere malint: *plumbatorum*. Dicebantur etiam fla-
gra aliqva *hamata ac venenata*. Vid. *Dionys. GOTHOFRED. LIPSIVS l. 2. de*
Cruc. c. 2. flagris taxillatis Romanos etiam usos esse annotat. Notat
& ex *Eustathio*, flagra talia *talaria* dici, quòd ex *insertis talis invo-*
lutisq; sint *confecta*. Idem cum *Apulejo* scitè denominat flagrum ejus-
modi *pecuinis ossibus catenatum*. Solebant videlicet non rarò *Romani*
acículas, uncinulos, & aculeos ferreos scuticis innectere suis, quibus mi-
serorum cutis ad costas usq; & ossa lacerabatur; ita luminatim nos edo-
cente *Theologo celeberrimo B. GERHARDO*.

XVII. In-

XVII. Intelligimus inde, *flagellationem*, ritu Romano peractam, nequaquam leve ac lenè, sed multò gravius *fustigatione*, quippe quàm milites civesq; facinorosi præcipuè afficiebantur, (vid. *Phil. Carol. l. 2. antiquit Rom. c. 8. p. 57. l. 3. c. 9. p. 85.* DIETERICH. in *additam p. 185.* Conf. CLASEN. *l. c. §. 1.*) imò præ multis gravissimum ac acerbissimum reverà fuisse *supplicium*; ipso HORATIO non diffatente, qui *flagellum* vocat *horribile*. Sed *pœnæ* hujus *gravitas* magis adhuc colligitur ex eo, quòd vix certum in plagis infligendis Romani observaverint numerum: licet, quòd KIPPING. *l. c.* annotat & ex Horatii illo: *sectus flagellis hic triumviralibus Praconis ad fastidium*; probat, *Præco* interdū adstiterit, & ictu numerando exclamaverit, tot vicibus debere cedi facinorosos, nec pluribus, nec minoribus. Nā & sæpius passi sunt crudeliter *flagellatores* in corpora reorum flagris ruere, adeò, ut, hâc ministrorū effreni immanitate manēte, *flagellati* multi sub hâc *flagellationis* pœnâ planè interierint; fatente id ipso J. C. VLPIANO, qui ita: *Non, inquit, eâ quidem pœnâ damnari quem oportet, ut verberibus necetur, vel virgis interimatur: quamvis pleriq; dum torquentur, deficere solent.* Et quidnî deficerent plurimi? cum & sæpissimè ad pedes servorum ac reorum pendentium pondus aliquod, quòd à PLAUTO dicitur *centupondium, sit alligatum*, idq; eum in finem, *ne inter vapulandum vapulantes calcitrarent, neve pedibus aut calcibus eos, à quibus verberabantur, peterent.* Imò docet MEURSIUS, adeò crudele à servis sumtum *supplicium*, ut totam sæpe noctem pendentem, flagris fuerint exagitati. Hinc *lictorum* ait ac *carnificum* ad tantam tamq; diutinam *sevitiam exercendam electos fuisse octo*. Adjicit observandum, quòd *Comico virgæ* hæ vocentur *lentæ*, quia nimirum *totum diem noctemq; sæpius totam cederent*. Vid. TAUBMANNUM *comment. in alleg. Plauti loc.*

XVIII. Tantum itaq; *flagellatio* fuit *supplicium*, ut ut plurimum mortem, si non inferret ac afferret, saltem non procul abesse significaret. Pertinent, ut opinor, non incommodè huc Hieron. MAGI verba, scribentis: *Qui in equuleo torquebantur, non solum distendebantur, sed & alios cruciatus patiebantur; nam & flagris cadebantur.* Unde QUINTILIANUS ait: *per flagella, per verbera; loquens de equulei tormento.* Huic enim procul dubio *servi delinquentes* sæpe *insidere* debebant.

XIX. Quinimò quotquot fermè *cruci* erant addicti, judicabantur à Romanis antè digni, qui *flagellis* punirentur. S. enim HIERONYMO

1.1. Serm. Safr.
tyr. 3. v. 120.

L. 8. §. 3. ff.
de Pœn.
in Afri. act.
2. sc. 2. v. 37.
p. 121.

l. de Equuleo,
ex edit. Gothfr. Jungermann.
p. 38.

in c. 27. Matthæ
Tom. 9.



15
Observante, legibus Romanis sancitum fuerat, ut, qui crucifigeretur, pri-
us flagellis verberaretur, quò hâc ratione ab hominum honestorum
societate quasi separaretur. Vid. B. GERHARD. & WALTHERUS *J. Crux.*
Flagellatio solennis antecessor, & raro in crucem dati, nisi sic purparati;
ait LIPSIVS, qui ibidem loca aliquot, morem hunc aut legem apprimè
comprobantia, ex Livio, Curtio, Josepho, Philone, adducit, ac addit,
cruci affigendos verberatos esse nunc virgis, nunc flagris, crebrius ta-
men, ut reperitur, bisce, illis infrequentius.

XX. Porro flagellatio hæc, crucifixionem præcurrens, non uno
semper loco aut tempore accidit, sed diversimodè potius ita institue-
batur, ut modò domi vel in pratorio ante deauctionem, modò in dedu-
ctione ipsâ per viam, exerceretur; ceu patet ex illâ voce: *Verbera intra
aut extra pomerium.* Posterior ritus ut magis est antiquus, sic is ipse
etiam aliquantò erat rarior. Tunc enim miserandi fontes ad fur-
cam pœnalè, impositâ collo, ligati ducebantur per viam, & cadeban-
tur vel ad necem usq; vel ita tamen, ut post verbera ad furcâ fixi in cru-
cem tollerentur. Exempla, quæ ex Svetonii Nerone ac Livio produ-
cit in hanc rem LIPSIVS, apud ipsum videri poterunt. Prior autem
mos modusq; quò domi in carcere aut pratorio adhuc candidati cru-
cis flagellabantur, magis extitit vulgaris; unde eundem in crucifixi-
onis nostri SERVATORIS flagellatione videmus occurrisse: quem proinde,
tempori attendentes, nunc paulò altiùs nobiscum repetemus.

XXI. Nempe JESUS innocentissimus noster pro nocenti ac noxi-
â Judæis æquè ac Romanis agnitus, dignus (ô rem relatu, nedum
indignam factu!) tandem habebatur, qui sanctissimum tergum suum
daret, tanquam servile, flagellis. Servili hæc pœnâ maximeq; servis pro-
priâ animadversum est in eum, qui Dominus Dominorû fuit, est, eritq;. Fla-
gellabatur igitur Christus instar servi, qui formam hanc in exinanitio-
nis statu assumerat, tum cum primis, cum passionem ingrederetur ac
aggrederetur suâ. Testes ecce flagellationis hujus locupletissimi ipsi
sunt Evangelistæ. Audiamus singulos. S. MATTHÆUS eam ita de-
scribit: *Pilatus JESUM φεγυει δώσας, flagellans, tradidit, ut cruci-
figeretur.* Ad eundem penitus modum MARCUS. JOHANNES similiter
sic illam depingit: *Tunc apprehendit JESUM Pilatus, & ἐματίγασε
flagellavit eum.*

XXII. Hic verò statim quæritur, quoties ergò Christus flagellis
fuerit tritus? Dubitandi namq; ratio ea esse videtur, quòd ex prio-
rum

Harm. Evan-
gel. p. 1903.
Postill. Harm.
p. 215.
l. 2. de Cruce.
c. 2.

liv. 1, 1. c. 26.

l. 3. de Cruce
c. 2. & 3. p.
100. seqq.

c. 27. v. 26.
c. 15. v. 16.
c. 19. v. 1.

rum duorum Evangelistarum effato colligi queat, post latam mortis sententiam demum, ex Johannis verò verbis jamdum ante dictatam condemnationem crucis, CHRISTO flagellationem contigisse. Hinc duplici vice JESUM flagra sustinuisse aliqui volunt: quos inter numerandi Gerson Arias Montanus, Montacutus. Nihilominus non bis, sed semel tantummodo, flagellatum esse JESUM nostrum, omnium probabilissime nos cum S. Ecclesie Patre defendimus. Nam & Beza fatente ad c. 27. Matth. unam esse flagellationem, non duplicem, ex circumstantiis liquet. Non itaq; ea reverà fuit diversa, etsi diversimodè à diversis Evangelistis sit descripta: quandoquidem Matthæus ac Marcus flagellationi preposuerunt prolatam Pilati de crucifixione sententiam, ordinem adeò factorum (ceu sæpius solent in Evangeliiis suis anticipare Evangelistæ) non observantes, quem tamen rectè ac ritè hic observaverat Johannes: Unde & paulò distinctius ac dilucidius hic præ illis annotasse circumstantias videtur.

XXIII. Scilicet res ita se habuit. Cum advertisset Pilatus, se spe suà de liberando à nece JESU profus excidisse ob optionem populi, qui latronem Barabbam maluit vivum relinqui, quàm pretiosissimum λύτρον, CHRISTUM: tum medium apprehendit adhuc illud, ipsumq; prehendendo JESUM flagellis eundem adjudicavit. Quo quidem judicio facto, Judæorum furorè denuò sedare laborabat, fore sic confusus, ut, post flagra hæc inflicta, Judæi moti misericordià miserum JESUM à crucis morte liberum tandem pronunciarent. Eadem enim de causà apud LUCAM legitur hæc ad Judæos protulisse verba: παιδεύσας ἐν αὐτῷ ἀπολύσω, Castigatum ergò eum dimittam.

XXIV. Ex quo sponte suà sequitur, Christum alià quâdam ratione, quàm aliàs fieri consueverat, flagellis fuisse subiectum. Causa namq; per se non erat secuturà crucis afflictio ac affixio; quippe hanc Pilatus, quantum poterat, tum adhuc temporis à JESU, quem innocentem esse hominem ipse senserat, conabatur depellere. Sed adhibitum id est supplicium tantum, tanquam medium, quo Prætor Ethnicus Judæorum crudelitatem quæsierat quadantenus, quanquam frustra, (ut eventus docuit) satiare.

XXV. Hæc nostra explicatio uti cum continuâ JOHANNIS narratione ad amissum convenit: ita tantum abest, ut reapse à descriptione cæterorum duorum, quamvis videatur, discrepet, ut potius ipsi nobiscum ex asse consentiant; si unica modò particula, ἵνα, eo hic, quo debet, modo explicetur atq; intelligatur. Si quidem, ut utiq; notum est, causalis hæc conjunctio non semper & ubiq; aliquam importat causam, sed eventum sæpius ac sequelam tantum denotat; quemadmodum præter hoc exempla alia dari possunt, quorum multa collegit B. GLASSIUS. Nimirum, nimium urgentibus Judæis, flagellationem subsequuta quidem est in crucem elatio, sed ex eventu duntaxat: præter primam enim Pilati, quam foverat, intentionem crucis executio deinde accessit. Imò si ordinem verborum Matthæi servemus, ipse contextus Græcus edocet, cohærere rē sic optimè, ut primò Pilatus flagellasse JESUM dicatur, postea addatur demum, tradidisse, ut crucifigeretur. Quo ipso non nihil innuitur diversissima Pilati actio: alia namq; fuisse videtur, dum flagellaverat Christum; alià planè, cum ad crucifigendum eundem tradidisset.

XXVI. Verum nunc in quæstionem venit, num ipse forsitan Pilatus JESUM flagellaverit? præsertim cum utrobq;, tum à Matthæo & Marco, tum præcipue à Johanne-

l. 3. de Consens. Evangelistarum, c. 9.

Luc. 23. v. 26.

Constitutio Matthei
Ira d semper
causa m tradit

l. 3. Philol. sacr. Tract. 7. Canon. 13. p. m. 825. seqq.

Harm. Evan-
gel. c. 194.
p. 1903.

hanc ita res narretur, ut appareat, à Pilati propria personâ Christo fuisse flagra illata, non à militibus illius, quippe quorum fit mentio demum v. 2. Atq; in hac quidem sententiâ Bedam, dum litera nimis inhæreret, hæsisse, B. GERHARDUS indicat. Sed quis tamen tam facile crediderit, tantum Virum, in tantâ dignitate ac auctoritate apud Romanos æquè ac Judæos constitutum, sese eò usq; submisisse, ut munus hoc, quod militibus ac licitoribus velut proprium expediendum erat, ipse exequeretur? Probabilius potius est, per eos potissimum carnificinam hanc esse peractam, qui à Pilato ad eam peragendam maximè fuerunt amandati ac destinati. Imputatur autem flagellatio ipsi hinc Pilato, Judææ Præsidi, tanquam cause principali morali, quia jussu ejus ac imperio res tota fuit gesta. Haud itaq; est absurdum, sed valdè commodum, verba Evangelistarum sic exponere. Nonne enim, juxta communem canonem, quod quis per alium aliosve facit, per seipsum fecisse ducendum est atq; dicendum?

XXVII. Insuper ministerialem causam indagantes, non abs re judicamus quærere, quinam ac quales ad JESUM flagellandum præcipuè sint admisi? Hic si intuemur Græcos emendatiores codices, non invenimus in textu separatim, quoad hoc, mentionem eorum fieri: colligimus tamen non malè ex verbis, tum antecedentibus, tum consequentibus, Romanos milites & lictores, ab aliquibus Brutianos l. Brutios dictos, eosq; gentiles, præcipuos fuisse hujus tragœdiæ actores. Nam adjecta & Judæos respiciens vocula, Eis, quæ in exemplaribus quibusdam post vocem, tradidit, legitur, non est genuina: hinc, ERASMO notante, non nihil officit sensui. Neq; enim (addit is) Judæis tradidit JESUM Pilatus, sed suis militibus, supplicii ministris. Hi siquidem & ipsi Christum antea ceperunt, captum vinxerunt, vinctum judiciis stiterunt, statum flagellarunt, flagellatum post purpurâ vestierunt, vestitum coronarunt, coronatum illuserunt, illusum verberarunt, verberatum abduxerunt, abductum crucifixerunt: sicuti id in historiâ totius passionis non semel, sed sæpius, inculcari cernimus.

XXVIII. At dubium forsan alicui oriri posset, annon Judæi auxiliatrices suas hoc in negotio Ethnicis porrexerint manus? Certè, Judæa proditore facem præferente, his ii tradiderunt Christum, nil aliud expetentes, quàm ut è medio suo JESUS à gentilibus, post varios cruciatus, in crucem deniq; ipsam tolleretur. Quapropter culpam longè maximam integræ passionis, adeoq; & flagellationis, in Judæos, tanquam causas moraliter efficientes, inde redundare, quis nostrum unquam dubitat? Enimverò quòd Judæi physice cujusdam cause vicem in ullo opere obierint, nec legimus, nec credimus: cum primis cum ipse patienter passus SERVATOR in ultimo itinere Hierosolymitano id ita discipulis suis de seipso prædixerit, futurum, ut Filium hominis Sacerdotum Principes ac Scribæ tradant gentibus ad illudendum & eis martiryōσαι ad flagellandum. Confer, MARC. & LUC. Videbis utrobique de gentibus, sive (quod in hisce aliisve plurimis locis idem) gentilibus, minime verò Judæis, enunciari: μαρτύρωσθαι & μαρτύρωσθαι αὐτῶν. Unde ut impleretur simul veracissima hæc VERITATIS prædictio, gentiles soli JESUM flagellare debebant.

XXIX. Sed & si ipsam Judæorum inspiciamus mentem, non difficulter constat, cur ipsi JESUM flagris afficere noluerint. Etenim, cum juxta divinam legem non esset permittum Judæis, plagas ultra quadraginta, vel, ut ipsi malè interpretabantur, triginta novem, flagellis infligere; hinc procul dubio ex accerrim

ad versu

annot. in c.
27. Matth.

Matth. XX.
v. 18. 19.
c. X. v. 39. 40.
c. XVIII. v.
22. & 33.

adversus CHRISTUM odio nimium lenis hæc videbatur pœna, si ea à suis JE-
 SU huic, ut blasphemabant, *seductori* irrogaretur. Maluerunt igitur ad hanc
 infligendam pœnam eligere gentiles, quippe qui nulli certo numero adstricti ver-
 berare reos supra modum, interdum & ad interitum usq; solebant. Neq; verò
 intenderunt per se flagellationem, sed solum postulabant crucifixionem. Unde
 haud contenti illà à Pilato illatà pœnà, puniendum etiam cruce Christum clamà-
 runt, nec clamare prius desierunt, donec id, quod tantopere petebant, ipso fa-
 cto impetrarunt. Vitam nempe nòiebant, volebant necem, eamq; cruce luen-
 dam: quam tamen capitalem pœnam illis exercere non licuit, licet eandem inter
 Judæos Romani pro libito exercuerint. Quò maximè facit propria eorum con-
 fessio, coram Pilato ore unanimi edita: Non licet, inquiunt, nobis ullum interfi-
 cere; intellige imprimis, ut autores haud incelebres subintelligunt, supplicio cru-
 cis. Tam restricta jamdum tùm temporis erat sub Romanis Judæorum pot-
 estas. Imò fortassis ideò quoq; Judæi in flagellando Christo sese Romanis so-
 rios præbere recusabant, quòd putarent, quemlibet suorum contaminari, si quis,
 imminente Paschate, in prætorium modò introiret, multò magis itaq; si in eodem
 suppliciorum adjutor fieret. Vid. Job. XIX.

XXX. Sed quid? Quà tandem de causà illud ab illis fit factum, scire nostrà pa-
 rum refert. Revertimur rectius ad ipsum flagellandi actum. Collegimus antè
 ex scriptura textu, immitibus potissimum militibus satellitibusq; Pilati à Pilato de-
 mandatum fuisse, ut flagellarent Jesum. Quot autem lictores illi præcisè fuerint,
 non diximus, nec dicere possumus; tacente præprimis Scripturà & antiquitate.
 Extra tamen controversiam plures uno, imò multi, si non plurimi, huic actui in-
 terfuerunt, qui ope operaq; suà flagellationis negotium adjuverunt. Locus, ubi
 flagellatio erat instituenda, statuebatur atrium seu prætorium, domus, in quà
 provincialis Prætor non habitabat modò, sed & jus diètitabat. Eò enim Præsidis sese
 receperant milites, convocatà simul ac congregatà in illam universà cohorte.

XXXI. Ibi verò fata flagellandorum singula Jesus experiri cogebatur. Ve-
 stibus eundem fuisse privatum, cur hinc negabimus, qui audimus superius, morem
 hunc in hac inflictione pœnarum Romanis usitatisimum mansisse? Præstamus e-
 tià haud illibenter fidei non nihil sententiæ ei, quà Jesum columna alligatum esse
 asseritur; nò tam propterea, quòd Lipsius exemplis quibusdam ac testimoniis alienis
 ritum hunc studuerit confirmare, quàm quòd pii ipsi & in religione antiqui Patres
 non pianè dubitarint tale quid de columnà flagellati Servatoris adstruere, Clarè ac
 præclarè prudentissimus Poëtarum suo adhuc seculo cecinit:

Vinctus in his Dominus stetit adibus, atq; columnæ

Annexus, tergum dedit, ut servile, flagellis.

Imò pergit: Perstat adhuc, templumq; gerit veneranda columna.

Cum quo convenit, quòd B. Hieronymus de Paula in ejus Epitaphio ad Eustochium
 recitat: Ostendebatur, inquiens, illi in monte Sion columna porticum sustinens, in-
 fecta cruore Domini, ad quam dicitur vinctus & flagellatus. Tempore Bedæ in medio
 Ecclesie fuisse ipse Beda testatur. Sed quòd de columnà hanc in templo posità dicitur,
 haud immeritò suspectum minimùm, si non penitus falsum, esse censemus. Inte-
 rim si extiterit, si non in templo columna talis, sufficit extitisse in prætorio
 tùm, cum ad eà Christus vinciretur. Hinc Hieron. Dr. xelius columnam hanc ita de-
 pingit: Romano ritu funibus adstringebatur Jesus ad bipedalem columnam, quæ ad

1018.

Job. XIX.
v. 31.

v. 18.

Matth. XXVII.
v. 27.
Mar. xv.
v. 16.

l. 2. de Cruc.
c. 4. p. m. 63.

Prudentius
Enchirid.
Nov. instru-
menti de hanc
columnà. Vid
Bibliothec.
Patrum Tom.
4. p. 924.

Tom. II part.
2. Delic. gent.
ham. c. 3. §. 3.
p. 342.

Q 157A 380x
1019

vir instantis umbilicum duntaxat pertingeret, ut tam pectus quam tergum rei verberibus undiq; pateret. In brevioris hujus columna summo ferreus annulus immixtus accipiebat funes, quibus flagellandi corpus vinciebatur.

Vid. Walth. p. 216. & Clasen l. c. annot. in N. T. ad c. 27. Marth. p. 84.

XXXII. Cætera, quæ de hac columnâ traduntur, mira merè falsa ac ficta videntur. Nos ad propositum redimus, quod eò nunc revocat, ut lustremus instrumenta, quibus CHRISTI latera cæsa fuerunt scissaq;. Ac virgas quidem fuisse arbitratur Erasmus, nec abnuit Maldonatus. Beza tamen flagellis propriè dictis Christum percussum esse non malè contendit; nec absq; ratione: præprimis quia in fonte voces ματιγῶν ac φραγυλλῶν ponuntur; quæ significatione suâ primariâ id significant, quod propriissimè flagellare dicitur. Ut adeò non necesse sit, præter necessitatem à propriâ verborum significatione hic recedere. Facit huc, quod & Nonnus voculâ ἰμάθλις utatur, quâ loreum denotatur flagellum. Narratur inter alia quoq; (an verè, alii videant) flagellis aculeatis, infixis aculeis & retractis, non evellendo, sed sulcando, totum corpus Christi fuisse laceratum. Sanè probabile aliàs est, pro Romano more, quem suprâ innuimus, militum sævitiam flagellis quoq; aculeos adjecisse.

XXXIII. Quòd si traditionibus credendum, (quibus tamen cautè ac cum prudentiâ decet credere) tradunt aliqui, tribus flagellorum generibus Christum fuisse afflictum: primò verberibus & spinis acutissimis, post flagellis aculeatis, tandem ferreis catenulis. Verùm quod attinet flagellum quo Papicolas Romani in æde B. Virginis Romæ jam superbiunt, nos tanto non dignamur honore, ut sentiamus, illud iis esse accensendum, quibus dudum reverè JESUS in prætorio sit cæsus. Mirum n. si Pontificii post tot secula tales reliquias non adulterinas demum sartas teclas acceperint. Imò verò maxime mirum. Scilicet tantâ ii præ nobis gaudent felicitate, si fas est credere. Sed gaudeant, ut ferme insaniant: nos pergimus ad reliqua dicenda.

XXXIV. Nonnulli nimis ferè curiosi sunt in eo, ut unâ cum aliis certum plagarum numerum inquirere haud supersedeant. Ajunt enim Brigitta revelatum, CHRISTUM esse perpassum ultra quinq; millia ictuum ex flagellis. Vincentius in serm. de Passione colligit, cum ossa corporis ex sententiâ Medicorum sint ducenta sex & septuaginta, CHRISTUM ita fuisse flagellatum, ut cuiuslibet corporis ossi triplex verberum ictus responderit. Gerson numerum constantem allaturus: Dicunt aliqui, scribit, revelatum fuisse, quòd Christus in corpore suo quinq; millia trecenta & septuaginta quinq; acceperit plagarū. Vid. Harm. B. GERHARDI. Ut ut verò se res habeat cum hisce relationibus aut revelationibus, quas autorum suorum fidei merito relinquimus; certum tamen verberum definire numerum non volumus, nec possumus. Cùm enim Romani non equè, ut Judæi, definitas in flagellando infligerent plagas, quis, quæso, facilè credet, ab atrocibus istis militibus ea tùm, quæ Jesu dederant, numerata fuisse verbera? Numeraverint autem nec ne, temere certè sit, ignotum ictuum numerum nimium scrutari aut determinare velle, ex ejusmodi præsertim scriptis ac scriptoribus, qui valde dubie sunt auctoritatis.

p. 1904.

XXXV. Sat est, si dixerimus, durissimam ac durissimam hanc SERVATORIS extitisse flagellationem. Colligitur, ut brevibus multa complectamur, satis ex textu circumstantiis. Nec obstant objectiuncule dux, quas unâ cum Responsionibus B. Gerhardus adfert. Nos nostræ Dissertationi imponimus finè ea, quæ de ritu flagellandi supersunt exponenda, alio cum DEO, die proposituri. Jam quæ restant, debite sunt piæq; gratiæ, quas Servatori nostro, pro flagitiosis nobis tantopere flagellato, dicere decet aeternum absq;

in Harm. E-vange. p. 905.

TERMINO.

1017 M.E

1005



1001

1002

DISSENT

FLA

M-JOHAN

1003

1004

1005

